



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

VIII. De cæco sanato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

*Decaco sanato.*

## CAPVT OCTAVVM.

**D**E regali pago, qui Vlma nuncupatur, cæcus qui-dam inter manus suorum, sanitatis gratia, ad me-moriām pij Confessoris adductus est; vbi, dum non semel neq; bis, sed s̄pē numero pro sui illu-minatione precibus instaret; de die in diem, caligine oculo-rum recedente, lumen, quod à Domino postulabat, fidelis ad-stipulatione suffragatoris, quod longa sibi ætas subtraxerat, recepit: & qui alieno ductu aduenierat, proprio innisu gressu, aliorum se ductorem, ad eum, qui fecit misericordiam in il-lum, constanter fore promittebat.

*Cæcus Vlmenfi  
vissam recipit*

*Depuero sanato.*

## CAPVT NONVM.

**D**VER quidam de villa Olocniza VVezzelinus, le-thali morbo inualesce[n]te, omni membrorum officio destitutus fuit; ita vt & visu, & vſu linguae quoque priuaretur. Quem Pater ipfius Lipoldus & mater, \* parentibus & amicis, quos idem tenebat affe-c-tus, diuino inuocato nomine, beato Ottoni, si per eius san-ctam erita sibi incolumis redderetur, offerendum cum obla-tionibus, deuotauerunt. Mirum dictu, ad obligationem voti, nulla cælestis medicinæ mora fuit. Nam paruu[s] incipiens ri-su cognoscere matrem, patrem aspiciens, quod voulisti, ait, pre me, reddite, & me ad sepulcrum S. Ottonis, qui mihi salu-tem obtinuit, citius perducite. Qui tam subita sanitate con-gaudentes, absque omni retractatione puerum in humeris leuantes, & vt deuouerant, ad memoriam sancti Patris illæsum offerentes, omnibus, quanta sibi Dominus per suum sanctum Confessorem fecisset, fideliter exposuerunt.

*De*

*\* parentes &  
amicis.*